




Do Monsenbor Ferreira.

fl.

H-B
6
23

Sala e
Gab.
Est. 8
Tab. 8
N.º 8

LEGIS
S IVRISDICTIO

500



bor Ferreira.

H-B
6
13

PRIVILEGIA,
FACVLTATES, IVRISDICTIONES,
ET ALIQVOT GRATIÆ,
quas summi Pontifices Regibus Portugalliæ,
& ad eorum instantiam Capellano ma-
iori Regio concesserunt.

*Que Illustris. & Reuerendis. P.D. Georgius de Attayde Episcopus olim
Visens. Commendatarius perpetuus de Alcobaga, Eleemosinarius, &
Capellanus maior, ordinarius Capelle, Domusque Regiæ, ac to-
tius Curie, & à supremo Regis consilio ex originalibus
Regio Archiuo custoditis, autenticè transcribi
fecit, typisque mandari.*

Ja Llanha

gama



De licentia Superiorum.
VLYSSIPONE.

Ex officina Petri Crasbeeck. 1609.

No.

9229


DIREITO

ALBION VALLEY
DISTRICT OF COLUMBIA

[Handwritten signature]



[Handwritten text, possibly "Faint" and "0000"]



BVLLA GREGORII IX.

Quod Archiepiscopi, vel Episcopi non ordinent curiales sine Regio consensu.

GREGORIUS Episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Bracharensi, & eius suffraganeis, ac alijs Episcopis per Regnum Portugalliae constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sancta Ecclesia vitare debeat, quicquid est reprehensibile, & ipsius inficit honestatem, salubriter famae vestrae consulimus, dum paterna providentia providemus ne quid à vobis inhonestum, siue reprehensivum dignum sub pietatis velamine praesumatur, hac igitur ratione inducti, & precibus charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Portugalliae inclinati, fraternitati vestrae auctoritate praesentium inhibemus, ne curiales curiae suae obnoxios contra constitutiones Canonicas praesumatis praeter eius assensum ad cle-

ricatus ordinem promouere, nam de eorum ordinatione frequenter cōsuevit ecclesia non honorē sentire, sed onus, & sæpe tales, vt causæ suæ periculum fugiant, festinant in clericos ordinari. Datum Spoleti ij. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno octauo.

BVLLA EVGENII III.

*Quod in Capella Regia horæ Canonice, Missæ, &
alia diuina officia iuxta morem Romanæ
ecclesiæ celebrentur.*

EVgenius Episcopus seruus seruorum Dei, charissimo in Christo filio Alfonso Portugalliæ, & Algarbij Regi illustri, salutem, & Apostolicam benedictionem. Meruit tuæ nobilitatis, atque deuotionis sinceritas, vt te paterno confouentes affectu precibus tuis, quātum cū Deo possumus, annuamus. Cum itaq; sicut tua nobis nuper exhibita petitio continebat, in dicendis horis Canonicis morem Romanæ ecclesiæ in Capella tua obseruari, speciali deuotione desideres, nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, vt per Capellanos, & Cātores tuos pro tempore existentes, horas canon-

3

nonicas, nec non missas, & alia diuina officia iuxta ritum supra dictum in dicta Cappella celebrari facere possis, ipsiq; capellani, & Cantores, vt premittitur, pro tempore existentes horas, nec non missas, & officia huiusmodi, iuxta morem huiusmodi dicere valeant, nec teneantur si voluerint ad morem, vel ordinem alium super his obseruandum deuotioni tuæ, nec non Capellanis, & Cantoribus eisdem auctoritate Apostolica tenere præsentium de speciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere: Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Florētiae anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo tricesimo nono, vndecimo kal. Octobris, Pontificatus nostri anno nono.

BVLLA LEONIS X.

Super iurisdictione Capellani maioris in causis criminalibus clericorum curialium, & in minoribus, & beneficiorum patronatus Regij.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Honestis petetium præsertim catholicorum Regum votis, per quæ eorum iura conseruentur, ac eis seruientes à cunctis molestijs eripere, & liberare valeant, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis. Sane nobis pro parte charissimi in Christo filij nostri Emanuelis Portugalix, & Algarbiorum Regis illustris petitio continebat, quod ipse summopere cupit, quod omnes, & singulæ causæ, dubiæ, seu lites, & differentix, ac cõtrouersix, quas, seu quæ super quibuscunque ecclesijs, & beneficijs ecclesiasticis spectantibus ad præsentationem, nominationem, seu dispositionem præfati Emanuelis, ac pro tempore existentis Regis Portugallix, & Algarbiorum exoriri contigerit, ne dum in quibus ipse Emanuel, & pro tempore existens Rex, & personæ per eundem Emanuele, & pro tempore existentem Regem nominatæ, vel præsentatæ, vel possessores eorundem, aut aliæ personæ quæcunque fuerint actores, sed etiam rei, nec non criminales occasione quorumcunque delictorum, quæ per capellanos, & religiosos, ac alios clericos etiam in minoribus ordinibus constitutos, eiusdem Emanuelis, & pro

pro tempore existentis Regis, familiares, & curiales vndeunque existentes, & crimina ipsa vbicunque commissa, & perpetrata fuerint, & etiam ciuiles causæ per venerabilem fratrem nostrum modernum Episcopum Egitanensem, qui Capellanus maior Capellæ Regiæ ipsius Emanuelis Regis ad præsens existit, ac Capellanum maiorem dictæ Capellæ pro tempore existentem cognosci debeant, etiam si Capellani familiares, & clerici præfati coram alijs iudicibus in loco domicilij originis, aut delicti, seu beneficij conuenti, aut inuenti fuerint cognitio causarum huiusmodi ad ipsum Capellanum maiorem pro tempore existentem deuoluta sit, & esse censeatur, ita quod ipse Capellanus maior de causis, & controuersijs, ac differentijs, tam ciuilibus, & criminalibus, quam beneficialibus huiusmodi cognoscere possit, ac alijs quibuscunque iudicibus, etiam sub sententijs, & censuris ecclesiasticis inhibere, ne in causis huiusmodi se intromittant. Quare pro parte ipsius Emanuelis Regis nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica

stolica statuimus, & ordinamus, quod præfatus modernus Episcopus, ac Capellanus maior capellæ Regiæ huiusmodi pro tempore existens de causis, tam per ipsum Emanuelem, & pro tempore existentem Regem, super quibusvis ecclesijs, & beneficijs ecclesiasticis in quibus ius præsentandi, vel nominandi, aut alias sibi competit, quã personas per eum præsetatas, aut nominatas ad beneficia prædicta, seu eorundem beneficiorum possessores, aut alias quascunque personas, actiue, & passiue pro tempore motis, ac de causis tam civilibus, quam criminalibus, & beneficialibus Capellanorum, & Religiosorum, ac clericorum etiam in minoribus ordinibus constitutorum eiusdem Emanuelis, & pro tempore existētis Regis familiarium, & curialium vndecunque existentium, & vbicunque crimina ipsa cōmissa, & perpetrata fuerint, cognoscere possint, etiã si Capellani, familiares, & clerici præfati coram alijs iudicibus in loco domicilij, originis, aut delicti, seu beneficij inuenti, seu conuenti fuerint, aut alijs quibuscunque iudicibus causæ prædictæ cōmissæ fuerint ad modernum Episcopum, & Capellanum maiorem pro tempore existentem deuolutæ sint, & esse cēseantur

tur, ita quod ipse modernus Episcopus, & Capellanus maior pro tempore existens de causis huiusmodi cognoscere possit. Nos enim quibusuis iudicibus nequid in causis prædictis contra Capellanos, etiam Religiosos Capellæ huiusmodi, ac ipsius Emanuelis, & pro tempore existentis Regis familiares, & curiales, clericos etiam in minoribus ordinibus constitutos attentare præsumant, districtius inhibemus, ac eidem Episcopo, & Capellano maiori pro tempore existenti, vt omnes, & singulos quos inhibitioni nostræ huiusmodi contrauenire cognouerint, seu quominus ipse Episcopus, & Capellanus maior præmissa exequi libere, & licite valeat, impedire præsumpserint per censurâ ecclesiasticâ, & alia opportuna iuris remedia coercere, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, & ad publicationem censurarum earundem procedere licite possint, & valeant, concedimus per præsentem, non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quibus inter alia cauetur, ne quis extra suam ciuitatem, & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnâ dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices

à sede prædicta deputati extra ciuitatē, & diocēsim, in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, ac alijs Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, nec non quibusuis privilegijs, & literis Apostolicis quibusuis personis cōcessis, quæ quoad præmissa nulli volumus suffragari: contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuissim ab eadem sit sede indultū, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari nō possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attētare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Datū Romæ apud sanctum Petrū anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quarto decimo, sexto idus Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

BVLLA EIVSDEM LEONIS X.

Super iurisdictione Capellani maioris in causis civilibus, & beneficialibus Capellanorum, & Cantorum, ac scholarium Capellæ, & super alijs multis Capellani maioris facultatibus circa eos, & in Capella exercendis.

Leo Episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Emanueli Portugalliæ, & Algarbiorū Regi illustri, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cōstantis fidei probata sinceritas, & eximie deuotionis affectus, quos ad nos & Romanā geris ecclesiam promerentur, vt te, & personæ tibi gratas, & in diuinis obsequentes specialibus fauoribus, & gratijs prosequamur, hinc est quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes, & singulas causas, cōtrauersias, lites, & quæstiones beneficiales, & prophanas, ac civiles cōtra Capellanos, & Cantores, ac scholares Capellæ tuæ, seu eorum aliquem in ea actu seruientes extra Romanā curiā, corā quibuscumque iudicibus, & commissarijs indecisas pēdentes horū serie ad nos aduocauimus, & illas dilecto filio Capellano maiori dictæ Capellæ per eum in statu

debito resumendas, audiendas, cognoscendas,
fineque debito terminandas committimus,
ipsumque Capellanum maiorem qui pro tem
pore fuerit iudicem ordinarium coram quo,
& nullo alio dicti Capellani, Cantores, & scho
lares in quibusvis causis valeant conveniri cō
stituímus, & deputamus, & quod ordinarij lo
corum, vel alij quicunque iudices in Maiorem,
& alios Capellanos, Cantores, & scholares actu
in dicta Capella deservientes, & solita ibi sti
pendia percipientes, nullam penitus superio
ritatem, dominium, potestatem, & iurisdictionē
valeant exercere, sed sint ab illis prorsus exem
pti, & inferiores Capellani, Cātōres, & scholares
præfati dicto maiori Capellano, eiusq; iurisdic
tioni, superioritati, & dominio immediate
subiaceant, teneanturque coram eodē Capella
no maiori, aut legatis, vel delegatis sedis Apo
stolicæ duntaxat de se querelātibus in iustitia
respōdere, nec nō quod ipse Capellanus Maior,
vel eius locū tenens inferiores Capellanos, Cā
tores, & scholares prædictos, qui pro tempo
re propter manuū violentarū in seipsos inie
ctionē, dūmodo mēbrorū mutilatio, seu enor
mis læsio exinde non procedat, sententiā excō
municationis incurrerint, seu eorū quilibet in
curret

currenit ab huiusmodi excommunicationis sententia, iniuncta excedentibus pro modo culpæ pœnitentia saluari, absolvere, & cum eis super irregularitate, si quā huiusmodi excommunicationis sententia ligati missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, & illis se immiscendo contraxerint, dispensare, & ab eis omnem inhabilitatis, & infamiæ maculā, siue notam per eos inde contractam penitus abolere: Infantes quoque, & Iudeos, ac Sarracenos id sponte petentes in tui præsentia debitis solennitatibus adhibitis baptizare, ac tibi, & inferioribus Capellanis, Cantoribus, scholaribus, omnibusque alijs, & singulis in dicta Capella pro tempore actu seruientibus, & residentibus pœnitentiæ, Eucharistiæ, & alia ecclesiastica sacramenta quotiens fuerit opportunū ministrare, ac te, & illos, etiā in casibus Episcopalibus absolvere, & illorum decedentiū corpora ecclesiasticæ sepulturæ tradere, eisdemque inferioribus Capellanis, Cantoribus, & scholaribus deseruientibus, qui ad ecclesiasticos ordines promoueri voluerint, ut quilibet eorum à quocunque maluerit catholico Antistite gratiam, & cōmunionem dictæ sedis habente huiusmodi ordines statutis à iure

re temporibus successiue recipere, ac ipsi Antistiti quod illos eis, si alias ad id idonei reperti fuerint, impendere, quodque Capellani, Cantores, & scholares præfati, etiã si Religiosi sint horas Canonicas, & diuina officia iuxta vñ dictæ Romanæ ecclesiæ dicere, & recitare, nec non ipse Capellanus maior pro se, & alijs Capellanis prædictis oblationes, quæ de manu tua, & charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariæ Portugalliæ, & Algarbiorum Reginæ illustris tuæ consortis, & tui, & dictæ Reginæ filiorum, & filiarum etiam in quacunque ecclesia, etiam domus fratrum Ordinũ mendicantium ad quam te, & dictos Reginam, liberosq. vestros pro tempore declinare contigerit dũ modo ipsi Capellani diuina officia inibi celebrēt, & cantent quemadmodũ in eadem Capella recipere consueuere, recipere. Denique Capellanus maior, vel eius locum tenens matrimonia quarumcunq. nobilium personarũ contracta, seu contrahenda in tui, & dictæ Reginæ præsentia solemnizare, & publice benedicere cuiusuis licentia super hoc minime requisita, & quotiescunque, & vbicunque in missarũ solemnij per prædicationis ministeriũ in tua & dictæ Reginæ præsentia per eundẽ Capellandum
ma-

maiolem, vel alium publice proponi contigerit verbum Dei, illud proponēs omnibus vere pænitentibus, & cōfessis ibidem præsentibus ducentos dies de iniunctis eis pænitentijis in Domino relaxare. Et demũ ipsi Maior, & alij Capellani, Cantores, & scholares actu seruientes in dicta Capella, vel domo, seu curia tua regia residendo, omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus omnium & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura quæ in quibusvis ecclesijs, siue locis obtinēt, & in posterum obtinebunt, etiã si Parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, aut Canonicatus, & præbendæ, dignitates, & personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus etiam metropolitanijs, vel collegiatis, & dignitates ipsæ in cathedralibus etiã metropolitanijs post Põtificales maiores, seu in Collegiatis ecclesijs huiusmodi principales fuerint, & ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi cõsueuerint qui per electionē assumi, eisque cura imminet animarũ cū ea integritate quotidianis distributionibus dūtaxat exceptis, cū qua illos perciperent si in eisdem ecclesijs, siue locis personaliter residerent, ita vt ad residendum interim in eisdem

mini-

minime teneantur, nec ad id à quoquam inui-
ti valeant coarctari, percipere libere, & licite
possint Apostolica auctoritate præfata earun-
dem tenore præsentium magestati tuæ de spe-
cialis dono gratiæ indulgemus, ac Maiori, &
alijs Capellanis, Cántoribus, & scholaribus, nec
non Antistiti, & prædicatori, ac locum tenenti
prædictis plenam, & liberam ad præmissa li-
centiam, & facultatem concedimus. Quocirca
venerabilibus fratribus nostris Viseñ. Septeñ.
& Funchaleñ. Episcopis per Apostolica scrip-
ta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus
eorum per se vel alium, seu alios præsentis lit-
teras, vbi, & quando, & quotiens opus fuerit, &
pro parte dicti Maioris Capellani, vel eius lo-
cum tenentis desuper extiterint requisiti solé-
niter publicantes, ac Maiori, & eius locum te-
nenti, ac alijs Capellanis, Cantoribus, & scho-
laribus præfatis in præmissis efficacis defen-
sionis præsidio assistentes faciant auctoritate
nostra eos, & eorum quemlibet indulto, & fa-
cultatibus prædictis, integraque fructuum, red-
dituum, & prouentuum perceptione huius-
modi pacifice frui, & gaudere, non permitten-
tes eos per locorum ordinarios, & dilectos fi-
lios capitula ecclesiarum quibus beneficia hu-
iusmo-

iusmodi forsan fuerint, seu quoscunque alios
 contra præsentium tenorẽ quomodolibet in-
 debite molestari, contradictores auctoritate
 nostra appellatione postposita compescendo:
 non obstan. felicis recordationis Innocentij
 III. contra exemptos edita quæ incipit, volen-
 tes, & Bonifacij VIII. Romanorum Pontificum
 prædecessorum nostrorum quæ concessiones
 de fructibus percipiendis in absentia huiusmo-
 di sine præfinitione temporis fieri prohibetur,
 & quibusuis alijs constitutionibus, & ordina-
 tionibus Apostolicis, ac ecclesiarum, in quibus
 beneficia huiusmodi forsan fuerint iuramẽto,
 confirmatione Apostolica, vel quauis firmita-
 te alia roboratis, statutis, & consuetudinibus,
 etiam si de illis seruandis, & non impetrandis
 litteris Apostolicis contra ea, aut litteris ipsis,
 etiam ab alio, seu alijs impetratis, vel alias quo-
 uis modo concessis non vtendo, dicti Capella-
 ni, Cantores, & scholares, per se vel alios præ-
 stiterint hætenus, vel in posterum eos præsta-
 re contigerit iuramentum, aut si locorum or-
 dinarijs præfatis à dicta sit sede cõcessum, vel
 in posterum concedi contingat, quod Recto-
 res, Canonicos, & personas ecclesiarum, seu lo-
 corum suarum ciuitatũ & diocesium in digni-
 tatibus,

tatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs constitutis per subtractionem prouentuum, aut alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem, seu si eisdē ordinarijs, & capitulis, vel quibuscumque alijs cōmuniter, vel diuissim ab eadē sit sede indultum, vel etiā in posterū indulgeri contingat, quod Rectoribus, Canonicis, & personis suarū ecclesiarū, seu locorum, & in dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs cōstitutis, & in illis non residentibus, aut qui in eis primā non fecerint personalem residentiam consuetam, fructus, redditus, & prouentus canonicatum, & præbendarum, dignitatum, personatum, administrationum officiorum, & aliorum suorū beneficiorum ecclesiasticorū huiusmodi ministrare in absentia sua minime teneantur, & ad id cōpelli, aut quod interdici, suspendi, vel excōmunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quoruncūque tenorum existant, per quæ præsentibus nō expressa, vel totaliter

taliter non inserta effectus earum impediri
 valeat quomodolibet, vel differri, & de qui-
 bus, quorumque totis tenoribus de verbo ad
 verbum habenda sit in nostris litteris mentio
 specialis: prouiso quod propter perceptionem
 fructuū, reddituum, & prouentuum huiusmodi
 dicta beneficia debitis non fraudentur obse-
 quijs, & animarum cura in eis, quibus illa im-
 mineat, nullatenus negligatur, sed per bonos,
 & sufficientes vicarios, quibus de illorum pro-
 uentibus necessaria congrue ministrentur, di-
 ligenter exerceatur, & deseruiatur inibi lauda-
 biliter in diuinis: quodque Capellani, Cātōres,
 & scholares prædicti in recitatione horarum
 huiusmodi, quotiens eos in aliqua ecclesia re-
 sidere contingerit, illum seruent ritum, qui in-
 bi seruabitur, vel habebitur. Nulli ergo om-
 nino hominum liceat hanc paginam nostræ
 aduocationis, & mandati infringere, vel ei
 ausu temerario contraire, si quis autem hoc
 attentare præsumpserit indignationem Om-
 nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pau-
 li Apostolorum eius se nouerit incursurum.
 Datum Romæ apud sanctum Petrum anno
 incarnationis Dominicæ millesimo quingen-

tesimo quinto decimo viij. Kal. Maij Pontificatus nostri anno tertio.

BREVE EIVSDEM LEONIS X.

Super iurisdictione Capellani maioris in absentes, & famulos Capellanorum, & aliorum de quibus in duabus Bullis precedentibus, & in clericos curiam sequentes. Et in causis matrimonialibus curialium, si Episcopus fuerit.

LEO PAPA X.

VNiuerſis, & ſingulis præſentes litteras ſuſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nuper ad ſupplicationem chariſſimi in Chriſto filij noſtri Emanuelis Portugallicæ, & Algarbiorũ Regis illuſtris, ſtatuiſmus, & ordinauiſmus, quod venerabilis frater modernus epiſcopus Egitaneñ. qui Capellanus maior Capellæ Regiæ cuiſdem Regis exiſtit, ac pro tempore exiſtens dictæ Capellæ Regiæ Capellanus maior de cauſis tam per ipſum & pro tempore exiſtentem Regem Portugalliæ ſuper quibuſuiſ eccleſijs, & beneficijs eccleſiaſticis in quibus ius præſentandi, vel nominandi, aut alias ſibi

sibi competeret, quam personas per eum præsentatas, aut nominatas ad ecclesias, & beneficia ad præsentationem, nominationem, seu dispositionem præfati, & pro tempore existentis Regis Portugalliæ, & Algarbiorū spectantia, huiusmodi seu earundem ecclesiarum, & beneficiorum huiusmodi possessores, aut alias quasunque personas actiue, & passiue pro tempore motis, & de causis tam ciuilibus, quā criminalibus, & beneficialibus Capellanorum, & Religiosorum, ac clericorum etiam in minoribus ordinibus constitutorum eiusdem Emanuelis, & pro tempore existentis Regis familiarium, & curialium vndecunque existētium, & vbicunque crimina ipsa per eos commissa, & perpetrata fuerint cognoscere possent: etiā si Capellani, familiares, & Clerici præfati coram alijs iudicibus in loco domicilij, originis, aut delicti, seu beneficij inuenti, seu conuenti forent, aut alijs quibuscunque iudicibus causæ prædictæ commissæ forent ad modernum Episcopum, & Capellanium maiorem pro tempore existentem huiusmodi deuolutæ essent, & esse censerentur: ita quod ipse modernus Episcopus, & Capellanus maior pro tempore existens de causis huiusmodi cognoscere

possit districtius inhibendo quibusuis iudici-
bus ne quid in causis prædictis contra Capel-
lanos, & Religiosos Capellæ huiusmodi, ac ip-
sius Emanuelis, & pro tempore existentis Re-
gis familiares, & curiales, clericos etiam in mi-
noribus ordinibus constitutos attentare præ-
sumerent, ac eidem Episcopo, & Capellano ma-
iori pro tempore existenti, vt omnes, & singu-
los quos inhibitioni nostræ huiusmodi con-
trauenire cognoscerent, seu quominus ipse E-
piscopus, & Capellanus maior præmissa exe-
qui libere, & licite valerét, impedire præsume-
rent, per censuram ecclesiasticam, & alia op-
portuna iuris remedia coercere, inuocato etiã
ad hoc, si opus foret, auxilio brachij secularis,
& ad publicationem censurarum earundē pro-
cedere licite possent, & valerent commissimus
prout in nostris litteris desuper confectis ple-
nius continetur. Cum autem sicut idem Ema-
nel Rex nobis nuper exponi fecit à nonnul-
lis nimium curiosis hæsitari dicatur, an familia-
res, & curiales clerici in libris familiarium, &
curialium eiusdem Regis descripti propter se-
nium, vel aliud impedimentum extra curiam
eiusdē Regis stipendijs viuentes, vel aliquod of-
ficiū de mādato eius exercentes, ac eorundē
fami-

familiarium, & curialium clericorū familiares
clerici beneficio earundem litterarū gaudere
debeant, & propterea cupit litteras prædictas
ad illos, ac etiam curiam ipsius Regis dum de
loco ad locum vadit sequentes, & ad charissi-
mæ in Christo filiæ nostræ Mariæ Portugalliæ
Reginæ illustris, familiares, & curiales clericos
extendi, illosque sub eisdem litteris compræ-
hendi, ac quod Capellanus maior dictæ Capel-
læ Regis cum erit Episcopus, prout nūc existit,
de causis matrimonialibus familiarium, & curia-
lium eiusdem Regis cognoscere possit: ac pro
parte ipsius Emanuelis Regis nobis fuit humi-
liter supplicatum, vt eius supplicationibus hu-
iusmodi annuere de benignitate Apostolica
dignaremur: Nos itaque huiusmodi supplica-
tionibus inclinati litteras prædictas quoad
hoc, vt illarum beneficio familiares, & curia-
les clerici in libris familiarium, & curialium
eiusdem Regis descripti propter senium, vel
aliud impedimentum, stipendijs tamen eius-
dem Regis extra eius curiam viuentes, vel ali-
quod officium de ipsius Regis mandato exer-
centes, ac eorundem familiarium, & curia-
lium Clericorum duntaxat familiares clerici
gaudeant, illasque etiam ad clericos curiam
ipsius

ipſius regis dum de loco ad locū ſe confert, & in illis degit ſequētes, ac familiares, & Curiales clerici etiam in minoribus ordinibus cōſtituti dictæ Reginæ, quodq. Capellanus maior dictæ Capellæ pro tempore exiſtens qui Episcopus fuerit de cauſis matrimonialibuſ earundē perſonarum in dictis litteris compræhenſarum cognoſcere, & alijs iudicibus inhibere, ac alia in dictis litteris contenta exequi poſſit, aucto-ritate Apoſtolica tenore præſentiam extendimus, declaramus, & ampliamus. Non obſtan- tibus cōſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec nō omnibus illis, quæ in dictis vo- luimus non obſtare, cæteriſque contrarijs qui buſcunque. Datū Romæ apud ſanctū Petrum ſub annulo piſcatoris die xxvj. Iulij MD. XV. Pontificatus noſtri anno tertio.

BVLLA EIVSDEM LEONIS X.

Quod Capellanus maior poſſit inhibere Prælatiſ ne aliquem Regni locum ſeu eccleſiam eccleſiaſtico ſubjiciant interdīto, niſi priuſ cauſa inſi- nuata, examinata, & approbata ab eo- dem Capellano maiori.

Confirmata vt infra per Iulium iij.

Leo

Leo Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Ferdinando Episcopo Lamacen. salutem, & Apostolicam benedictionem. Honestis petentium præsertim catholicorum Regum, & Principum votis libèter annuimus, eaque quantum cum Deo possumus fauoribus prosequimur opportunis. Ad audientiam nostram charissimo in Christo filio nostro Emanuele Portugalliae, & Algarbiorum Regi illustri per diuersas litteras suas, suūque apud nos destinatū Oratorem referente peruenit, quod nonnulli Episcopali, & Archiepiscopali dignitate fulgentes, & alij Prælati Regni sui oppida, Castra, & Villas in dicto Regno consistentia sine causa, & culpa illorum Rectorum, vel officialium, & ex quacunque etiam minima causa ecclesiastico frequenter subijciunt interdicto, indeque in non modicum oppidorum, castrorum, & Villarum huiusmodi incolarum, & habitatorum animarum periculum, cum alijs iuris remedijs possint providere quod executioni demandarētur ea propter quæ illa huiusmodi subijciunt interdicto, vnde quotidie quærelæ multorum ad ipsum Emanuelem Regem propterea deferuntur. Quare pro parte ipsius Emanuelis Regis nobis fuit humiliter

D suppli-

supplicatum, vt in posterum in præmissis oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur his, prout couenit, prouidere volentes huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ de qua in his, & alijs specialem in Domino fiduciam obtinemus, committimus, & mandamus, quatenus omnibus, & singulis Episcopis, Archiepiscopis, & alijs Prælati præfatis sub interdicti ingressu ecclesiæ, & suspensionis à diuinis inhibeas, ne de cætero oppida, castra, villas, & terras, ac ecclesias in eis consistentes dicti Regni ecclesiastico subijciant interdicto, nisi prius causã quare interdictũ huiusmodi apponere velint tibi insinuauerint, illaque per te prius examinata diligenter, super quo tuã cõscientiã oneramus, approbata, legitimeque declarata fuerit: decernentes interdictum ab Archiepiscopis, & Episcopis, ac Prælati præfatis contra inhibitionem huiusmodi pro tempore appositum nullius esse roboris, vel momenti, nec illud obseruari debere, ac contra facientes pœnas prædictas incurrisse per te declarari posse, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo: non ob-
stan-

stantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ
VIII. prædecessoris nostri, illa præsertim qua
cauetur, nequis extra suam ciuitatem, & diæ-
cesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis
vltra vnā dietā à fine suæ diœcesis ad iu-
diciū trahatur, seu ne iudices à sede Aposto-
lica deputati extra ciuitatem, & diœcesim, in
quibus deputati fuerint, contra quoscunque
procedere, aut alij, vel alijs vices suas com-
mittere præsumant, & de duabus dietis in cō-
cilio generali edita, ac de personis vltra cer-
tum numerum ad iudiciū non euocandis,
alijsque constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, nec non statutis, & consuetudi-
nibus ecclesiarum iuramento, confirmatione
Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis
contrarijs quibuscunque, aut si Episcopis,
Archiepiscopis, ac alijs Prælati præfatis, vel
quibuscunque alijs communiter, vel diuim ab ea-
dem sit sede indultum, quod interdicti, suspen-
di, vel excommunicari non possint per litte-
ras Apostolicas non facientes plenam, & ex-
præssam, ac de verbo ad verbum de indulto
huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud
sanctū Petrū anno incarnationis Dominicæ

Dz MD.

M D.XVI. V. Idus Ianuarij. Pontificatus nostri
anno quarto.

BVLLA EIVSDEM LEONIS X.

*Super iurisdictione Capellani maioris ad tradendum
Clericos in minoribus furti, vel falsi criminis
reos iustitiæ seculari.*

Vide infra primum Breue Pij III.

Leo Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Lamaceñ. salutem, & Apostolicam benedictionem. Honestis petentium catholicorum præsertim Regum, & aliorum Principū votis libeter annuimus, & que fauoribus prosequimur opportunis. Exhibita nobis siquidem nuper pro parte charissimi in Christo filij nostri Emanuelis Portugaliz, & Algarbiorum Regis illustris petitio cōtinebat, quod in Portugalliz, & Algarbiorum Regnis, & dominijs sibi subditis adeo complurium Clericorum præcipue coniugatorum ob impunitatis audaciam crevit licentia delinquendi, vt pauca ibi præsertim furti, & falsi crimina committuntur quorum eiusdem Clerici aliqui, vel facto, vel consilio, vel fauore,

uore, non participes sint clericali prauilegio
 nequissime abutentes; quare pro parte dicti
 Emanuelis Regis nobis fuit humiliter suppli-
 catum, vt in præmissis opportune prouidere
 de benignitate Apostolica dignaremur. Nos
 igitur attēdentes ecclesiasticā libertatem non
 malorum tutelam, sed bonorum duntaxat
 debere esse præsidiū, & æquitati conuenire, vt
 quos Dei timor a malo non reuocat tempora-
 lis coerceat seueritas disciplinæ, tibi, qui dicti
 Emanuelis Regis maior Capellanus existis, &
 ipsius Emanuelis Regis Capellano maiori
 pro tempore existenti quandiu præfatus Ema-
 nuel Rex egerit in humanis quoscunque Cle-
 ricos in minoribus ordinibus constitutos nul-
 lum beneficium ecclesiasticum obtinentes fur-
 ti, vel falsi criminis reos, tāquam clericali pri-
 uilegio merito indignos capiendi, & seculari
 iustitiæ ministris per eos prout exegerit deli-
 ctorum qualitas puniendos tradēdi, plenam,
 & liberam tenore præsentium licentiam con-
 cedimus, & etiam facultatem, non obstanti-
 bus constitutionibus, & ordinationibus Apo-
 stolicis, priuilegijs quoque, & indultis, ac litte-
 ris Apostolicis exemptionum quibuslibet ex
 dictis Clericis sub quibusuis verborum for-

mis, & clausulis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis, irritantibusque decretis per nos, & sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & ex certa scientia concessis, approbatis, & etiã iteratis vicibus innouatis, quibusetiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum non autem per clausulas generales id importantes specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum inserantur præsetibus pro expressis sufficienter habentibus, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M.D. sexto decimo, Idibus Februarij, Pontificatus nostri anno quarto.

BVLLA EIVSDEM LEONIS X.

Super

*Super facultate ordinandi Indos, Afros, seu quoscun-
que alios ad fidem conuersos, & in ea instru-
ctos, vt ad suas Regiones gratia conuer-
tendi alios ad fidem redire possint.*

Leo Episcopus seruus seruorum Dei Cha-
rissimo in Christo filio Emanueli Portu-
galliæ, & Algarbiorum Regi illustri salutem,
& Apostolicam benedictionem. Exponi no-
bis nuper fecisti quod ab aliquot citra annis
Ethiopes, Indi, Afrique numero satis celebri in
ciuitate Vlixbonen. se conferunt, & in ea diui-
no afflati spiritu accipiunt Baptismi sacra-
mentum, & tuæ maiestatis opera, & cura in
Orthodoxæ fidei cultu, & diuinorum præcep-
torum obseruantia instruuntur quorum mul-
ti adeo in fide constantes, & in Christiano do-
gmate euadunt periti, vt eorum doctrina, &
exemplo in prouintijs vnde originem ducunt
prodesse alijs plurimum possint, & propterea
desideras aliquos exdictis Ethiopibus, Indis,
atque Afris sic ad fidem conuersis, & in ea in-
structis, & doctis in Ethiopiam, & Prouin-
tias in quibus sunt oriundi ad prædicandum
ibi verbum Dei, & Euangelicam discipli-
nam remittere, & vthuiusmodi prædicationis
offi-

officium inter suos maioris dignitatis, & auctoritatis existat, & efficaciores in auditorum animos effectus producat, ipsos, antequam è dicta ciuitate discedant sacerdotio insigniri. Quare nobis fecisti humiliter supplicari vt tuis votis in hac parte fauorabiliter annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati venerabili fratri nostro Episcopo Lamacensi moderno, & qui pro tempore fuerit tuæ, & pro tempore existentis Portugalliæ, & Algarbiorũ Regis Capellæ maiori Capellano (qui plerumque vt asseris) Archiepiscopus, vel Episcopus esse solet, vel alio cuicunque Antistiti gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habenti, quem tu, & pro tempore existens Rex ad hoc duxeris, & pro tempore specialiter nominandum cum dictis Ethiopibus, atque Afris, & Indis, ac alijs quibuscunque, & Mahometis, & cæterorum paganorum, atque infidelium sectis ad Christianæ Religionis cultum conuersis hætenus, & in posterum conuertendis, & in eadem Religione sufficienter instructis, & alias idoneis in dicta, & quauis alia Regni Portugalliæ ciuitate pro tempore residentibus, seu ad eorum Prouintias redire volentibus, non
obstan-

obstantibus natalium defectu, si quem patiantur, & quod nullum beneficium ecclesiasticū, vel patrimonium obtineant, ad omnes etiam sacros, & præsbyteratus ordines promoueri, & postquam promoti fuerint in Africa, Ethiopia, atque India, alijsque partibus infidelium ubi nullæ Parrochiales existunt Ecclesiæ personis ibi ad fidem conuersis, & conuertendis quandiu proprijs caruerint Parrochianis, missas celebrare, & ecclesiastica omnia sacramenta ministrare libere, & licite possint dispensandi, eisque etiam extra tempora à iure statuta, quibusuis tribus diebus Dominicis, vel festiuis ordines conferendi Apostolica auctoritate tenore præsentium plenam, & liberam concedimus facultatem, non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo octauo pridie idus Iunij Pontificatus nostri anno sexto.

E

BRE

BREVE EIVSDEM LEONIS X.

*Super iurisdictione Capellani maioris ad absolvēdos
Præsides, seu Gubernatores, & alios Ministros
Proninciarum à censuris contra eos per
ordinarios latis.*

Confirmatum vt infra per Iulium III.

*Venerabili fratri Ferdinando Episco-
po Lamacen.*

LEO PAPA X.

Venerabilis frater salutem, & Apostolicam
benedictionem. Exponi nobis nuper fecit
charissimus in Christo filius noster Emanuel
Portugallia, & Algarbiorū Rex illustris quod
licet Ecclesiasticæ censuræ aculeus clericis cō-
tra laicos, non ad laicorū offensam, sed ad cle-
ricorum à laicis pro tempore oppressorum pa-
trociniū, sit à iure cōcessus, nihilominus tā-
ta in regno Portugallia, & dominijs illi subje-
ctis ab aliquo tempore citra personarum ec-
clesiasticarum iurisdictionem habentium cre-
uit.

uit aduersos laicos licentia, & audacia, vt etiā
nobiles, & ciuitatum, ac Prouinciarum re-
gimini Præsidentes censura huiusmodi pro le-
uibus, & minimis quibusque causis laceffere,
eosque illa innodare, & pro talibus publice
nunciare, sicque eorum iurisdictionis exerci-
tium impedire cum populorum, quibus illi ius-
titiae ministrandæ curam gerunt, iactura, & a-
nimarum perturbatione passim præsumant,
& nisi per nos de aliquo opportuno remedio
prouideatur, necesse sit quod tam frequens, fa-
cilis, & plerumque iniusta censurarum pro-
mulgatio contemptui habeatur, & quæ ad spi-
ritualis salutis medicinam sunt inuenta ad il-
lius palam vergant interitum, & graue aliquā-
do in populis scandalum suscitetur. Quare di-
ctus Emmanuel Rex nobis fecit humiliter sup-
plicari, vt in præmissis aliquod opportunum
remedium adhibere de bedignitate Aposto-
lica dignaremur. Nos igitur huiusmodi suppli-
cationibus inclinati tibi, & qui pro tempore
fuerit in capella dicti Emanuelis Regis Maior
capellanus, qui etiam, vt idem Rex asserit, iu-
dex est ordinarius familiarium, & curialium
ipsius Emanuelis Regis de quorū numero pro
maiori parte Rectores, correctores nuncupati

81
Prouinciarum, & ciuitatum huiusmodi existunt in omnibus causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus per sedem Apostolicam deputatus, de validitate, vel nullitate censurarum, & pœnarum ecclesiasticarum per quosunque locorum ordinarios iudices, & Commissarios in aliquem, vel aliquos ex modernis, & pro tempore existentibus Prouinciis, & ciuitatum Rectoribus huiusmodi, vel alijs regijs comisarijs foraneis nuncupatis, seu eorum ministris pro tempore promulgatarum, tam per viam appellationis, quam simplicis quærelæ cognoscendi, & appellatione remota, eas si iuste reperiis esse latis, obseruari faciendi, sin minus relaxandi, & dum coram te cognitio pependerit, ne interim dictorum Rectorum in iure dicendo, & iustitia ministranda populis eorum regimini commissis officium cesset, censurarum earundem effectum recepta in forma iuris idonea cautione de eius mandatis parendo suspendendi, & sub similibus censuris, & alijs etiam pecuniarijs pœnis quibusuis iudicibus, & personis inhibendi, & brachium sæculare contra inobedientes inuocandi, & in præmissis etiam per edictum publicum constituto tibi, & dicto pro tempore existenti maiori

iori Capellano de non tuto accessu procedendi, ac alia omnia, & singula in eisdem præmissis, & circa ea quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exæquendi Apostolica auctoritate tenore præsentium plenam, & liberam concedimus facultatem, non obstant. felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatem, & diocesim nisi in certis ibi exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam à fine suæ diocesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à sede prædicta deputati extra ciuitatem, vel diocesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in concilio generali editis, ac alijs Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XII. Iunii M.DXVIII. Põtificatus nostri año sexto.

B R E V E E I V S D E M L E O N I S X.

Super iurisdictione Capellani maioris in Clericos qui in India deliquerint, & quod possit in eos qui in minoribus, & sine beneficio fuerint animaduertere citra penam corporalem.

*Charissimo in Christo filio nostro Emmanueli
Portugallie, & Algarbiorum
Regi illustri.*

LEO PAPA X.

Charissime in Christo fili noster salutem,
& Apostolicam benedictionem. Præclara
deuotionis tuæ, qua nos, & hanc sanctam apo-
stolicam sedem reuereris merita promeren-
tur, ut petitionibus tuis illis præsertim quæ Re-
giæ celsitudinis tuæ status augmentum, & cō-
seruationem, ac orthodoxæ catholicæ fidei
propagationem concernere prospicimus fa-
uorabiliter annuamus. Sane nobis nuper ex-
poni fecisti, quod cum rerum commertia, &
mercimonia, quæ in partibus Indiæ, atque E-
thiopiæ pro maiestate tua cum gētibus, & po-
pulis illarum partium pertractātur maximū,
importantissimumque pondus sustineant, &
quanto magis partes illæ à finibus Europæ di-
stare noscuntur, tanto plus fidelitatis, & lega-
litis, integritatisque circa personarum inibi
agentium contractatione requiri debeat, & li-
cet propterea serenitas tua cupiens fraudibus,
& dolis, quæ in præmissis commercijs, & ne-
gotia-

gotiationibus, & participationibus hinc inde fieri possint obuiare, ac felici statui tuo, & tuæ gentis opportune consulere, animoque gerens prædicta commercia ad Dei laudem, & catholicæ fidei propagationem in tam remotis, & longinquis partibus, & barbarorum nationibus continuare, & augmentum suscipere, quam plures leges, pragmaticas, sanctiones, ordinationes, & statuta per dictos agentes, & subditos suos, aliosque contractatores, & negotiorum, & mercimoniorum, commerciorumque huiusmodi gestores inuiolabilia tenenda, & obseruanda, ac nullo pacto prætereunda sub certis ciuilibus, & criminalibus pænis, quas violatores, & transgressores illarum incurrerent, fecerit, ediderit, ac promulgauerit; nihilominus nonnullæ personæ pro Clericis se gerentes freti immunitate, ac priuilegio clericali pænas legum, & ordinationum huiusmodi parui pendentes, illasque, quibus iuxta canonicas sanctiones eos minime subesse prætendunt, & affirmant, non formidantes cōtra eas, & pragmaticas, sãctiones, & prohibitiones per maiestatem tuam factas huiusmodi multoties venire ausi fuerūt, & nisi tales transgressores, criminosi, & delinquentes aliqua

aliqua pœna multentur, plectanturque, occasione transgressionum, & excessuum suorum in partibus illis scandala, iurgia, & differentia inter agentes prædictos quam plurima in non modicum tui, & tuorum Regnorum detrimentum indies fuscitarentur. Quare nobis humiliter supplicari fecisti, vt tuo tuorumque Regnorum statui, & tranquillitati consulere, ac scandalis, iurgiis, & differentiis huiusmodi obuiare, aliasque tibi in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes quod quanto maioribus dispendijs, laboribus, & fastigijs à Christianis, & catholicis Principibus regna, dominia, & prouintia paganorum eorum ditioni sunt subiecta, tanto illa legibus, sanctionibusque Regum quorum auspicijs sunt acquisita ad Dei laudem, & catholicæ fidei exaltationem fulciri, & tueri necesse est, huiusmodi supplicationibus inclinati serenitati tuæ, vt venerabilis frater Episcopus Lamacensis modernus, ac pro tempore existens Capellanus maior tuæ Capellæ Regiæ quosunque clericos in minoribus ordinibus duntaxat constitutos, non tamen beneficia ecclesiastica obtinentes, quos constitutiones, & ordinationes, ac sanctio-

sanctiones tuas quas vt præfertur edidisti, & ad commerciorum, & contractationum huiusmodi conseruationem, & ampliationem edideris & promulgaueris in futurum, dūmodo licitæ, & honestæ fuerint, & sacris canonibus non sint contrariæ, contrauenire comper tum fuerit, legum, constitutionum, & sanctionum huiusmodi pænis ciuilibus, non tamen criminalibus, ac citra sanguinis effusione, aut membri mutilationem plectere, mulctare, punire, & castigare in personis, & bonis, immunitate, & priuilegio clericali quibus tales transgressores, & delinquentes vti posse minime volumus, libere, & licite possit, & valeat, plenâ & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus licetiam, & facultatem, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque, præsentibus ad vitâ maiestatis tuæ duntaxat duraturis. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxvij Aprilis. M. DXXI. Pontificatus nostri anno nono.

F

BVLLA

12
BYLLA CLEMENTIS VII.

Super iurisdictione Capellani maioris, & alijs multis de quibus in Bullis Leonis X. supra fol. 3.

*& 6. & in Breui eiusdem Leonis
supra fol. 10.*

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei
charissimo in Christo filio Ioanni Portugallia, & Algarbiorum Regi illustri salutem,
& Apostolicam benedictionem. Probata constantis fidei sinceritas, & eximia deuotionis affectus, quos ad nos, & Romanam gerere comprobatis ecclesiam promerentur, vt illa quæ in tui, ac tibi gratarum, & in diuinis obsequentium personarum per prædecesores nostros concessa comperimus Apostolico munimine roboremus, aliaque de nouo concedamus, prout in Domino expedire conspiciamus. Dudum siquidem fælicis recordationis Leo Papa X. prædecessor noster ad supplicationem claræ memoriæ Emmanuelis Portugallia, & Algarbiorum Regis genitoris tui tunc in humanis agentis omnes, & singulas causas, controuersias, lites, & quæstiones beneficiales, & prophanas, ac ciuiles contra capellanos, ac
canto-

cantores, & scholares Capellæ ipsius Emma-
nuelis Regis, seu eorum aliquē in ea actu ser-
uientes extra Romanam curiam coram qui-
busuis iudicibus, & cōmissarijs indecisē pen-
dentes ad se aduocauit, & illas dilecto filio Ca-
pellano maiori dictæ Capellæ per eum in sta-
tu debito resumendas, audiendas, cognoscen-
das, sineque debito terminandas commisit, ip-
sumque Capellanum maiorem qui pro tem-
pore fuerit iudicem ordinarium, coramquo, &
nullo alio dicti capellani, cantores, & schola-
res in quibusuis causis valerent conueniri cōs-
tituit, & deputauit, nec non quod ordinarij lo-
corum, vel alij quicunque iudices in Maiorē,
vel alios capellanos, cātōres, & scholares actu
in dicta Capella deseruientes, & solita ibi sti-
pendia percipientes nullā penitus superiorita-
tem, dominium, potestatem, & iurisdictionē
valerent exercere, sed essent ab illis prorsus
exempti, & inferiores capellani, cantores, &
scholares præfati dicto Maiori capellano, eius
que iurisdictioni, superioritati, & dominio im-
mediate subiacerent, tenerenturque coram
eodem Capellano maiori, aut legatis, vel dele-
gatis Sedis Apostolicæ duntaxat de se quæ-
relantibus de iustitia respondere, quodque

idem Capellanus maior, vel eius locū tenens,
inferiores capellanos, cantores, & scholares
prædictos qui pro tempore propter manuum
violentarum in se ipsos iniectiōem dummo-
do membrorum mutilatio, seu enormis læsio
exinde non procederet, sententiam excommu-
nicationis incurrerent, seu eorum quilibet in-
curreret ab huiusmodi excommunicationis
sententia, iniuncta excedentibus pro modo
culpæ pænitentia salutari, absolueret, & cū eis
super irregularitate, si qua huiusmodi excōmu-
nicationis sententia ligati missas, & alia diui-
na officia, non tamen in contemptum claviū
celebrando, & illis se immiscendo contrahe-
rent, dispensare, & ab eis omnem inhabilita-
tis, & infamiæ maculam, siue notam per eos
inde contractā penitus abolere: infantes quo-
que ac Iudæos, & sarracenos id sponte peten-
tes in eiusdem Emmanuelis Regis præsentia
debitis solemnitatibus adhibitis baptizare, ac
ipsi Emmanueli Regi, ac inferioribus capella-
nis, cantoribus, scholaribus, omnibusque alijs,
& singulis in dicta Capella pro tempore actu
seruientibus, & residentibus pænitentia, Eucha-
ristia, & alia ecclesiastica sacramenta quoties
foret opportunū ministrare, & tam Emanue-
lem

23
lem, quam inferiores capellanos, cantores, & scholares, & seruientes huiusmodi, etiam in casibus Episcopalibus absoluerent, & illorum decedentium corpora ecclesiasticæ sepulturæ tradere, eisdemque inferioribus capellanis, cantoribus, & scholaribus deseruientibus, qui ad ecclesiasticos ordines promoueri vellent, ut quilibet eorum à quocunque mallet catholico Antistite gratiam, & communionem dictæ sedis habente huiusmodi ordines statutis à iure temporibus successiue recipere, ac ipsi Antistiti quod illos eis, si alias ad id idonei reperti forent, impendere: Quodque capellani, cantores, & scholares præfati, etiam si religiosi essent horas canonicas, & diuina officia iuxta usum dictæ Romanæ Ecclesiæ dicere, & recitare, nec non ipse Capellanus maior pro se, & alijs capellanis prædictis oblationes, quæ de manu ipsius Emmanuelis Regis, & similis memoriæ Mariæ charissimæ in Christo filiæ nostræ tunc ipsius prædecessoris coniugis Portugalliæ, & Algarbiorum Reginæ illustris, ac eorundem Emmanuelis, & Mariæ Reginæ filiorum, & filiarum etiam in quacunque ecclesia, etiã domus fratrum ordinis mendicantium ad quam Regem, & Reginam, eorumque liberos pro tempore

tempore declinare cōtingeret, dum modo ipsi
capellani diuina officia inibi celebrarent, &
cantarent, quema dmodum in eadem capella
Regia recipere consueuerant, recipere, idemq;
Capellanus maior, vel eius locum tenens ma-
trimonia quarumcunque nobilium persona-
rum contracta, & contrahenda in ipso Regis,
& Reginae praesentia solemnizare, & pu-
blice benedicere cuiusuis licentia super eo
minime requisita, & quotienscunque, & ubi-
cunque in missarum solemnibus praedicationis
ministerium in Regis, & Reginae huiusmodi
praesentia per eundem Capellanum maiorem,
vel alium publice proponi contingeret verbū
Dei, illud proponens omnibus vere paenitenti-
bus, & confelsis ibidem praesentibus ducētos
dies de iniunctis eis paenitentibus in domino re-
laxare, & demum ipse Maior, & alij capellani,
cantores, & scholares actu seruientes in dicta
capella, domo, seu curia Regia ipsius Regis re-
sidendo omnes, & singulos fructus, redditus,
& prouentus omnium, & singulorum benefi-
ciorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cu-
ra, quae in quibusuis ecclesijs, siue locis obtine-
bant, & in posterum obtinerent, etiam si Par-
rochiales ecclesiae, vel earum perpetuae Vica-
riae,

riæ, aut canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel collegiatis, & dignitates ipsæ in cathedralibus, etiam Metropolitanis, post Pontificales maiores, seu collegiatis ecclesijs huiusmodi principales forent, & ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi consueuissent qui per electionem assummi, eisque cura immineret animarum cum ea integritate, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperent si in eisdem ecclesijs, siue locis personaliter residerent, ita ut ad residendum interim in eisdem minime tenerentur, nec ad id à quoquā inuiti valerent coarctari, percipere libere, & licite possent Apostolica auctoritate Emmanueli Regi indulgit, ac Maiori, & alijs capellanis, cantoribus, ac scholaribus, nec non Antistiti, & prædicatori, & locum tenentibus prædictis plenam, & liberam ad præmissa licentiam concessit, & etiam facultatem per quasdam; & deinde pro eiusdem Emmanuelis Regis parte ipsi prædecessori exposito, quod cum à nonnullis nimium curiosis hæsitari diceretur, an familiares, & curiales

les clerici in libris familiarium , & curialium
eiusdem Regis descripti propter senium ,
vel aliud impedimentum extra curiam Regis
huiusmodi illius stipendijs viuentes, vel ali-
quod officium de mandato eius exercentes, ac
eorundem familiarium, & curialium clerico-
rum familiares clerici beneficio earundem lit-
terarum gaudere deberent, & propterea ipse
Emmanuel litteras ipsas ad illos, ac etiam cu-
riam ipsius Regis dum de loco ad locum ibat
sequentes, & ad præfatæ Mariæ Reginae fami-
liares, & curiales dictos extendi, illosque sub
eisdem litteris comprehendere, ac quod Capel-
lanus maior dictæ Capellæ Regis cum esset
Episcopus de causis matrimonialibus curia-
lium, & familiarium eiusdem Regis cognos-
cere posset cupiebat, idē Leo prædecessor per
alias suas primo dictas litteras quoad id, vt
illarum beneficio familiares, & curiales cleri-
ci in libris familiarium, & curialium eiusdem
Regis descripti propter senium vel aliud im-
pedimentum stipendijs tamen eiusdem Re-
gis extra eius curiam viuentes, vel aliquod of-
ficium de ipsius Regis mandato exercentes, ac
eorundem familiarium, & curialium clerico-
rum duntaxat familiares clerici gauderent,
illas-

illasque etiam ad clericos curiam ipsius Re-
 gis dum de loco ad locum se conferret, & in
 illa degerent sequentes, ac familiares, & curia
 les etiam in minoribus ordinibus constituti
 dictæ Reginæ. Quodque Capellanus maior
 dictæ Capellæ pro tempore existens, qui Epif-
 copus foret de causis matrimonialibus earun-
 dem personarum in dictis litteris compræhē-
 sarum cognoscere, ac alijs iudicijs inhibere,
 & alia primo dictis litteris contenta exequi
 posset, extendit, declaravit, & ampliavit, prout
 in singulis litteris prædictis plenius cōtinetur.
 Cum autē sicut exhibita nobis nuper pro par-
 te tua petitio continebat, tu cupias singulis lit-
 teris prædictis pro illarum firmiori subsisten-
 tia Apostolicæ confirmationis robur adjici,
 pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatū,
 ut litteris eisdem robur Apostolicæ confir-
 mationis adjicere, aliasque in præmissis opportu-
 ne providere de benignitate Apostolica dig-
 naremur. Nos igitur tuis honestis desiderijs an-
 nuere cupientes, huiusmodi supplicationibus
 inclinati singulas litteras prædictas, ac omnia,
 & singula in illis contenta auctoritate Apосто-
 lica tenore præsentium approbamus, & inno-
 uamus, suplemusque omnes, & singulos tā iuris

quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, ac singulas litteras easdem in omnibus, & per omnia tibi suffragari debere decernimus, ac si tibi directè, & nominatim concessæ forent, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis quæ in singulis litteris prædictis concessum est non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, suppletionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo tertio, sexto idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

BREVE IULII III.

Super iurisdictione Capellani maioris ad inhibendos ordinarios, & examinanda eorum interdicta.

De qua etiam supra in Breue Leonis X. fol. 12.

Dilecto

Dilecto filio Capellano maiori Capellæ pro
tempore existentis Portugalliæ, & Algar-
biorum Regis illustris.

IVLIVS PAPA. III.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam bene-
dictionem. Exponi nobis nuper fecit cha-
rissimus in Christo filius noster Ioannes Por-
tugalliæ, & Algarbiorum Rex illustris, quod
alias pro parte claræ memoriæ Emmanuelis
Portugalliæ, & Algarbiorum Regis genitoris
sui felicitis recordationis Leoni Papæ X. præde-
cessori nostro exposito, quod, licet ecclesiasti-
cæ censuræ aculeus clericis contra laicos non
ad laicorum offensam, sed ad clericorū à lai-
cis pro tempore oppressorum patrociniū à
iure concessus existeret, nihilominus tanta in
regno Portugalliæ, & dominijs illi subiectis
personarum ecclesiasticarum iurisdictionem
habentium creuerat aduersos laicos licentia, &
audatia, vt etiam nobiles, & ciuitatum, ac Pro-
uinciarum regimini præsidentes censura hu-
iusmodi pro minimis causis laceßere, & sic eo-
rum iurisdictionis exercitiū impedire passim
præsumerent, & quod nisi de aliquo remedio

opportuno prouideretur, tam facilis, & frequens censurarum promulgatio contemptui haberetur, idem prædecessor præfati Emmanuelis Regis in ea parte supplicationibus inclinatus certo tunc expresso iudici, & qui pro tēpore esset in Capella dicti Emmanuelis Regis Maior capellanus, qui etiam, vt dictus Emmanuel Rex assererat, iudex erat ordinarius familiarium, & curialium ipsius Emmanuelis Regis, de quorum numero pro maiori parte Rectores, correctores nuncupati Prouinciarū, & ciuitatum huiusmodi existebant in omnibus causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus per Sedem Apostolicam deputatus, de validitate, vel nullitate censurarum, & pænarum ecclesiasticarum per quoscunque locorum ordinarios iudices, & commissarios in aliquem, vel aliquos ex tunc, & pro tempore existentes Prouinciarum, & ciuitatū Rectores huiusmodi, vel alios Regis commissarios foraneos nuncupatos, seu eorum ministros pro tempore promulgatarum, tam per viam appellationis quàm simplicis quærelæ cognoscendi, & appellatione remota eas si iuste reperiret esse latas obseruari faciendi, sin minus relaxādi, & dum coram eo cognitio huiusmodi penderet, ne
interim

interim dictorum Rectorum in iure dicēdo,
 & iustitia ministranda populis eorum regimi-
 ni commissis officium cessaret, censurarū hu-
 iusmodi effectum, recepta in forma iuris ido-
 nea cautione de eius mandatis parendo sus-
 pendendi, & sub similibus censuris quibusvis
 iudicibus, & personis inhibendi, ac brachium
 seculare contra inobedientes inuocandi, & in
 præmissis etiam per edictum constituto de non
 tuto accessu procedendi, ac omnia, & singula
 alia circa ea quomodolibet opportuna facien-
 di, & exæquendi per suas in forma brevis lit-
 teras plenam, & liberam licentiam, & faculta-
 tem concessit, prout in illis plenius continen-
 tur. Cum autem, sicut eadem expositio subiun-
 gebat, causæ, propter quas litteræ prædictæ cō-
 cessæ fuerunt, adhuc durent, ne de valliditate
 litterarū Leonis prædecessoris huiusmodi du-
 bitari contingat idem Ioannes Rex nobis hu-
 militer supplicari fecit, vt litteras prædictas
 approbare, & innouare, aliasque in præmissis
 opportune prouidere de benignitate Aposto-
 lica dignaremur. Nos igitur huiusmodi suppli-
 cationibus inclinati litteras Leonis prædes-
 soris huiusmodi ad hoc vt tu, & pro tempore
 existens Capellanus maior Capellæ ipsius Ioā-
 nis, &

75
nis, & pro tempore existentis Portugallia, &
Algarbiorum Regis, de valliditate, vel nullita-
te censurarum, & pœnarum ecclesiasticarum
per quoscunque locorum ordinarios iudices,
& commissarios in aliquem, vel aliquos ex
modernis, & pro tempore existentibus Recto-
ribus Prouinciarum, & ciuitatum huiusmodi,
vel alijs Regijs commissarijs foraneis nuncu-
patis, seu eorum ministris pro tempore pro-
mulgatarum, tam per viam appellationis, quã
simplicis quærelæ cognoscere, & appellatione
remota eas si iuste repereris esse latas observa-
ri facere, sin minus relaxare, & dum coram te
cognitio ipsa pependerit, ne interim dictorũ
Rectorum in iure dicendo, & iustitia minis-
tranda populis eorum regimini commissis of-
ficiũ cesseret, censurarum earundem effectum,
recepta in forma iuris idonea cautione de eius
mandatis parendo, suspendere, & sub simili-
bus censuris, & alijs etiam pecuniarijs pœnis
quibuscunq; iudicibus, & personis inhibere, & au-
xilium brachij secularis ad hoc si opus fuerit
inuocare, ac in præmissis, & circa ea necessa-
ria, & quomodolibet opportuna facere, gere-
re, & exercere libere, & licite valeas Apostoli-
ca auctoritate tenore præsentium approbamus,
& inno.

& innouamus: non obstantibus piæ memorie Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis non tamen tribus, ac alijs Apostolicis, nec nõ in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuissim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datũ Romæ apud sanctum Petrũ sub annulo Piscatoris die xviij Decembris M. DLI. Pontificatus nostri anno secundo.

BVLLA PII III.

Super facultate clericorum qui è Consilij Regis sũt, vel in alijs publicis officijs funguntur ad Consilia, seu suffragia ferenda in rebus, seu causis criminalibus, sine irregularitatis incurſu.

Pius Episcopus seruus seruorũ Dei ad perpetuam rei memoriã. Pro salubri regnorũ, & Prouin-

Provinciarum directione, ac officio iustitiæ si-
ne qua Religio nusquam colitur Romanus Pó-
tifex catholicis Principibus aliqua interdum
specialiter indulget, quæ sacrorum canonum
seueritas generaliter interdicat. Sane charissi-
mus in Christo filius noster Sebastianus Por-
tugalliæ, & Algarbiorum Rex illustris nobis
nuper exposuit. Dudum fælicis recordationis
Paulo Papæ III. prædecessori nostro pro parte
claræ memoriæ Ioannis Portugalliæ & Algar-
biorū Regis expositū fuisse, quod ecclesiasticæ
personæ per ipsum Ioannem Regem ad secu-
laria officia regnorum, & insularum, ac aliorū
locorum sub suo temporali dominio existen-
tium pro tempore deputatæ officia ipsa absq.
Sedis Apostolicæ licentia exercere nequibāt,
& quod pro eorundem regnorum salubri di-
rectione, & quiete sua plurimum intererat, vt
officia ipsa per easdem personas exerceantur,
idemque prædecessor illius supplicationibus
in ea parte inclinatus personis ecclesiasticis
cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis,
vel conditionis existentibus per eum ad quæ-
uis secularia officia regnorum, insularum, &
locorum prædictorum pro tempore deputa-
tis, vt officia ipsa acceptare, & regere, & illorū
tempore

tempore durante cognitioni, & decisioni quarumcunque causarum, & quaestionum criminalium contra quoscunque incumbere, & quibusvis negotijs criminalibus se immiscere, etiamsi exinde, seu illorum cognitione, aut iustificatione, vel mandato per officiales iustitiae, seu alios quoscunque sanguinis effusio, & mutilationes membrorum, ac caedes hominum sequerentur dummodo à sententijs per se ipsos proferendis abstinere, absque alicuius irregularitatis, seu inhabilitatis, vel infamiae macula, seu nota, aut sententiarum, censurarum, & penarum contra se in praemissis ingerentes latarum incursum, libere, & licite valerent licentiam, & facultatem per suas litteras concessit: & deinde pia memoriae Iulio Papae etiam III. similiter praedecessori nostro pro parte ipsius Ioannis Regis exposito, quod ipse iustitia syncerus, & aequal lance in regnis, & dominijs praedictis administranda ecclesiasticas personas, tam seculares, quam regulares in consilio suo assumere plerumque cogeatur, & saepissime contingebat in eodem consilio de causis criminalibus tractari, quodque ipsae regulares personae dubitabant litteras praedictas ad eas non extendi, seque propterea cau-

farum criminalium huiusmodi consultationi,
& decisione interuenire licite non posse idem
Iulius prædecessor similiter eiusdem Ioannis
Regis in ea parte supplicationibus inclinatus
litteras prædictas ad personas ecclesiasticas
cuiusuis ordinis regulares, si alias cū eis, vt ex-
tra eorū conuentus, & alia regularia loca per-
manere possent legitime dispēsātū esset, qua-
uis etiā pontificali dignitate fungentes in con-
filio Ioannis Regis huiusmodi pro tempore
existētes, ita quod ipsæ in quibusuis causis tā
criminalibus, quā prophanis, & mixtis etiā
pœnam sanguinis continentibus consulere, &
illarum probationi, decisione, & terminationi
interuenire, ac sua vota præstare, dūmodo per
se ipsos sententias, vt præfertur, non ferrent,
absque aliquo consciētiae scrupulo, aut irregu-
laritatis nota, seu censuris, vel pœnæ ecclesiasti-
cæ incurſu etiā libere, & licite valerent, etiam
per suas in forma Breuis litteras extēdit, & am-
pliauit prout in singulis eisdē litteris plenius
continetur. Cum autem, sicut primo dicta ex-
positio subiungebat, etiā dicti Sebastiani, &
pro tēpore existentis Portugalliæ, & Algarbio-
rum Regis plurimū interſit, vt pro administri-
atione iustitiæ huiusmodi in regnis, insulis, &
dominijs

dominijs prædictis personæ ecclesiasticæ, tam
 seculares, quam regulares consilio suo adhibe-
 antur, & consultationi, & decisioni causarum,
 tam criminalium, quam ciuiliū, & prophana-
 rum, seu mixtarum interueniāt, quodque per-
 sonæ ecclesiasticæ per ipsum Sebastianum, &
 pro tempore existentem Regem ad secularia
 officia regnorū, insularum, & dominiorū eo-
 rundem pro tempore deputatæ officia accep-
 tent, & exercent, ac tempore officiorum eo-
 rundem durante cognitioni, & decisioni cau-
 sarum, & quæstionum criminalium, vt præfer-
 tur incumbāt, & negotijs criminalibus se im-
 misceant. Quare idem Sebastianus Rex nobis
 humiliter supplicauit, vt sibi, & pro tempore
 existēti Regi prædicto infra scripta cōcedere,
 aliasque in præmissis opportune providere de
 benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur
 qui catholicorū regum votis illis præter-
 tim quæ prosperum, & felicē statum regnorū,
 & dominiorum suorū, ac iustitiæ cultū in eis-
 dem concernūt, libenter annuimus prædictū
 Sebastianū Regē à quibusuis excōmunicatio-
 nis, suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesia-
 sticis sententijs, censuris, & pænis à iure, vel
 ab homine quauis occasione, vel causa latis,

si quibus quomodolibet innodatur ad effectū
præsentium duntaxat consequendum harum
serie absoluendū, & absolutū fore consentiē-
tes. Nec non singularū litterarū prædictarum
veriores tenores præsentibus pro expressis ha-
bentes, huiusmodi supplicationibus inclinati
Sebastiano, & pro tempore existenti Regi præ-
dicto pro administratione iustitiæ in regnis,
insulis, & dominijs eisdem quasvis ecclesiast-
ticas tam seculares, quàm, si alias cum eis vt
extra eorum monasteria, aut alia regularia lo-
ca degere possint legitime dispelatum fuerit,
cuiusvis ordinis regulares personas quasvis etiā
Pontificali dignitate pollentes consilio suo ad-
hibere, ipsæque in omni consilio pro tempore
adhibitæ personæ in quibusvis criminalibus,
prophanis, & mixtis causis, etiam pœnam san-
guinis concernētes consulere, & votum dare,
seu suffragium ferre, ac causarum earundem
decisioni, & terminationi interuenire, nec nō
personæ ecclesiasticæ cuiuscunque dignitatis,
status, gradus, ordinis, vel conditionis existen-
tes per ipsum Sebastianum, & pro tempore
existentem Regem ad secularia officia regno-
rum, insularum, & dominiorū huiusmodi pro
tempore deputatæ officia ipsa acceptare, & re-
gere,

gere, eoque tempore durante cognitioni, & de-
 cisioni quarumcunque causarum, & quæstio-
 num criminalium contra quosunque incum-
 bere, & quibusvis negotijs criminalibus se im-
 miscere libere, & licite valeant, absque al. quo
 conscientię scrupulo, aut irregularitatis, seu in-
 habil itatis, vel aliarum sententiarum, censu-
 rarum, & pœnarum contra se in præmissis in-
 gerentes latorum incurſu, vel infamię nota,
 etiamſi ex inde sanguinis effuſio, & mutilatio
 membrorum, aut mors hominum subsequa-
 tur, dummodo per se ipsos sententias non fe-
 rant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũ
 licentiam concedimus, ſibi que pariter indul-
 gemus: non obſtantibus Lateranen. & gene-
 ralis conciliorum, ac alijs constitutionibus,
 & ordinationibus Apoſtolicis, nec non mo-
 naſteriorum, & aliorum regularium locorum,
 & ordinum, quorum ipſæ regulares perſonæ
 fuerint, iuramento, confirmatione Apoſtolica,
 vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, &
 conſuetudinibus, cæterisque contrarijs quibus-
 cunque. Nulli ergo omnino hominum liceat
 hanc paginam noſtræ abſolutionis, conces-
 ſionis, & indulti infringere, vel ei auſu temera-
 rio cõtrairẽ, ſiquis autẽ hoc attentare præſum-
 pſerit

pscribit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se no-
uerit incursum. Datum Romæ apud sanctū
Petrum anno incarnationis Dominicæ mille-
simo quingentesimo quinquagesimo nono kal.
Martij Pontificatus nostri anno primo.

BREVE EIVSDEM PII III.

*Super iurisdictione Capellani maioris ad tradendum
clericos in criminibus grauissimis hic enumeratis cu-
ria seculari appellatione remota, & cū inhibitione ad
ceteros omnes iudices, & Nuntios Apostolicos, ac re-
uocatione quarumcunque cōmissionum, præter-
quã earum quæ Præsidenti mensæ conf-
cientiæ factæ fuerint.*

Charissimo in Christo filio nostro Sebas-
tiano Portugallia, & Algarbiorū
Regi illustri.

PIVS PAPA III.

Charissime in Christo fili noster salutē, &
Apostolicā benedictionē. Exponi nobis
fecit maiestas tua quod postquā nos alias tuis
suppli-

supplicationibus inclinati Capellano tuo ma-
 iori tunc, & pro tempore existenti commisi-
 mus, & concessimus vt quoscūque clericos in
 minoribus ordinibus constitutos nullum be-
 neficium ecclesiasticum obtinentes quos sibi
 constaret in regnis, & locis tuo temporali do-
 minio subiectis læsæ maiestatis, sodomix, fal-
 sitatis, aut falsæ monetæ, homicidij ex propo-
 sito deliberato, seu per proditionem, aut cum
 archibusio, seu sciopo, vel balista, nec nō assas-
 sinij, incendij, raptus virginis, aut coniugatæ,
 vel alterius honestæ mulieris, aut furti, seu la-
 trocinij in vijs publicis crimina perpetrasse,
 vel ad id consilium, auxilium, vel fauorē præ-
 stitisse tamquàm priuilegio clericali indignos,
 & iudicibus curiæ tuæ secularis per eos iuxta
 criminis qual tatem puniēdos tradere libere,
 & licite posset, quodque causæ appellationum
 ab ipsis clericis in casibus, quibus eis de iure
 appellare liceret interpositarum, non nisi Epif-
 copo, aut alteri personæ in dignitate ecclesiasti-
 ca constitutæ mensæ conscientix tuæ pro tē-
 pore Præsidenti committi possent, & deberēt
 similiter statuimus, prout in nostris in forma
 Breuis litteris sub data Romæ apud sanctum
 Petrum die prima Martij M. DLXI. Pontifi-
 catus

28
catus nostri anno primo plenius continetur,
diuersi ex clericis præfatis, qui suarum ani-
marum immemores, ac priuilegio clericali ne-
quiter abutentes crimina præfata, seu eorum
aliquod perpetrarunt, propterea que carceri-
bus mancipati fuerunt delictorum suorum im-
punitatem satagentes se præfata delicta ante
concessionem præfatam commisisse obten-
dunt, alij quod de eorum excessibus, & delic-
tis non ita plenarie constet, quod pæna ordi-
naria puniri possint, ac propterea ipsos tales
seculari curiæ per Capellandum prædictum tra-
di non posse contendunt, reliqui vero friuolas
etiam, ac minus legitimas appellationes con-
fingentes causas appellationum earundem non
Præsidenti præfato, sed alijs iudicibus ad eorum
libitum nominatis, & ipsis propitijs, tam per
Nuntium nostrum in partibus istis existentem,
quam per nos committi procurant, ac interim
inhibitionum ab ipsis iudicibus decretarum
iustitiæ complementum, ac legitima executio
sepius impeditur, ex quo alijs sub spe huius-
modi impunitatis similia, aliaque atrocita-
crimina perpetrandi ansa manifeste tribuitur in
non modicum regnorum tuorum incolarum
scandalum, & iacturam. Qua propter nobis hu-
mili-

militer supplicari fecisti quatenus in præmis-
 sis opportune providere de benignitate Apo-
 stolica dignaremur. Nos igitur attendentes
 priuilegij clericalis se indignos reddere, qui
 illo nequiter abutuntur, ac libertatē ecclesia-
 sticam nō malorum præsidium, sed bonorum
 tantummodo tutelam esse debere, & æquitati
 conuenire, vt quos Dei timor à malo non re-
 uocat, coerceat saltem seueritas disciplinæ,
 tuis in hac parte supplicationibus inclinati
 præfato Capellano maiori tuo nunc, & pro tē-
 pore existenti, dummodo in dignitate ecclesia-
 stica constitutus sit, per præsentēs committi-
 mus, & mandamus quatenus si sibi cōstiterit,
 etiam summarie simpliciter, & de plano sola
 facti veritate etiam extra iudicialiter inspecta,
 huiusmodi clericos non solum aliquod ex de-
 lictis in præfatis nostris in forma Breuīs litem-
 ris contentis etiam ante illarum datam, verū
 etiam falsi testimonij crimen perpetrasse, etiā
 si ex probationibus coram illo factis ordina-
 ria ipsius delicti pœna puniendi non veniant,
 sed alia extraordinaria eosdem clericos tam-
 quam clericali priuilegio indignos capi faciē-
 di, ac iudicibus curiæ tuæ secularis pro haben-
 da meliori, & clariori pretensoꝝ delictorū
 I proba-

probatione, & deinde per eos iuxta suorum delictorum, & excessuum qualitatem puniendos, absque alicuius irregularitatis incurfu quacunque appellatione remota tradendi, super quo tamen dicti Capellani conscientiam oneramus, auctoritate Apostolica tenore presentium licentiam, & facultatem concedimus, & nihilominus quascunque commissiones causarum appellationum à clericis ipsis interpositarum cuicunque alteri personæ quam Præsidenti prefato, etiam per nos, aut Nuntium nostrum factas, aut fidas nullas, irritas, & inanes, ac præter, & contra mentem nostram concessas fore, & esse, nec illas aliquam iurisdictionem ipsis iudicibus attribuire, aut illarum vigore inhibitiones decretas quempiam arctare, neque Nuntium prefatum causas ipsas coram dicto Capellano maiori pendentes cuiusvis facultatis vigore ad se aduocare posse, sicque per quoscunque iudices, & commissarios etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, seu loca tenentes iudicari debere, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, interpretandi, & definiendi facultate, & auctoritate, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit

tigerit attentari decernimus: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non privilegijs, exemptionibus, etiam litteris Apostolicis præfatis clericis, & quibuscunque alijs sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, quibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris diē xviij. Iulij, M.DXI. Pontificatus nostri anno secundo.

BREVE EIVSDEM PII III.

Super iurisdictione Capellani maioris, & illius Auditoris ad procedendum contra clericos, qui in partibus Indiæ, Minæ, & Guineæ contra leges regni negotiantur, & eos ad secularem curiam remittendos.

PIVS PAPA III.

AD perpetuam rei memoriam. Romanum
 decet Pontificem sicut clericalem militiã
 priuilegijs, & immunitatibus, non immerito
 decorauit, illa, dum in abusum nimiũque Re-
 gum catholicorum præiudicium tendere cog-
 noscit, ita debita temperatione moderari, ne
 principibus ipsis iusta quærelæ causa propte-
 rea præbeatur. Sane charissimus in Christo fi-
 lius noster Sebastianus Portugalliæ, & Algar-
 biorum Rex illustris seria nuper apud nos ex-
 postulatione conquestus est, quod licet dudum
 felicis recordationis Alexander Papa VI. ac
 forsan alij Romani Pontifices prædecessores
 nostri nauigationem, expeditionem, & cõquis-
 tam Guineæ, Minæ, & Orientalis Indiæ tunc,
 & pro tempore existentibus Portugalliæ Regi-
 bus, cum onere tamen, & obligatione catholi-
 cam fidem Christianamque doctrinã in par-
 tibus illis publicari, & seminari faciendi con-
 cesserint, & postmodum claræ memoriæ Em-
 manuel, ac Ioannes tertius, & alij Portugalliæ
 Reges prædecessores sui, ipseque Sebastianus
 Rex ad expeditionem, conquestamque huius-
 modi grauitèr incumbentes classes suas stre-
 nuis

nuis militibus, bellicoque apparatu, ac etiam
religiosis presbiteris, doctis concionatoribus,
& alijs ecclesiasticis viris egregie instructas
annuatim fere grauissimis ne dum pecuniarū
sumptibus, sed etiam plerumque classium, vi-
rorumque, & armorum naufragijs, atque iactu
ris illuc destinare soliti sint, ac proinde confi-
derantes quod nisi ex huiusmodi nauigatio-
ne, tractatuque, & commercio partium illarū,
præsertim Minæ de lara, prouinciarumque
aliarum infra limites desertas nuncupatos cō-
sistentium, atque ipsius Indiæ cōmodum ali-
quod temporale coronæ suæ Regiæ proueni-
ret, impossibile sibi foret tantam expensarū
molem diu supportare, ad cōmodiorem one-
rum huiusmodi supportationem vassallis, &
subditis suis, alijsque suorum regnorum, & do-
miniorum habitatoribus, quibus solis de ex-
pressa Regum Portugalliæ licentia illuc trans-
fretare licet, aditum ad eas partes sine licētia,
tractatūque, & cōmercium certarum mercium,
rerumque aliarum illud regijs duntaxat offi-
cialibus, ministris, & deputatis, ad hoc videli-
cet, vt ipsi earundem mercium, rerumque pro-
hibitarū permutatione aurum, species, & Aro-
mata consequantur, reseruantes sub amissio-
nis

nis bonorum, capitisque, & alijsibi expressis
pænis auctoritate regia restricta prohibue-
rint, pro certo habentes, quod nisi pragmaticæ
huiusmodi rigurose obseruarentur laxatis tur-
bæ promiscuæ illuc nauigandi velis infinitæ
gentilium, populorūque illorum deprædatio-
nes, & oppressiones, magnaque inconuenien-
tia, prout ipsa experiētia iam alicubi apparuit
orirentur, nihilominus plerique regnorū, & do-
miniorum prædictorū incolæ pro clericis se
gerentes res prohibitas ad partes prædictas de-
ferre, & inde aurum, species, aliaq; vetita mer-
cimonia contra regias prohibitiones afferre
non verentur, in delictoque depræhensi sub sui
clericalis characteris prætextu forum seculare
declinātes ad ecclesiasticos iudices confugiūt,
coram quibus non solum personas, sed etiam
bona sua à laicorum iurisdictione exempta
esse prætendentes, coronam, fiscūque regium
iuribus suis improbe frustrantur, vnde cū ma-
ior incolarum regnorū eorundem pars dicto
sit caractere insignita, ac indies abusus iste au-
geatur, & per consequens redditus Minarū co-
ronæ decrescat, sumptus vero classium, & præ-
sidiorū pro partibus illis à Piratarū, Maurorū,
& aliorum hostiū incursionibus, & iniurijs de-
fenden-

fendendis multiplicentur, verendū est ne ces-
 sante remedio nauigatio illa, imperiumque
 maritimum tantis Lusitanorum sudore, clade,
 naufragijs, virtuteque quæsitū hac clericorum
 inobedientia in magnam non solū dictæ co-
 ronæ, sed etiā totius orbis Christiani pernitiē
 tandē amittatur. Quare præfatus Sebastianus
 Rex nobis humiliter supplicauit quatenus suæ,
 christianæque reip. indemnitati consulere, ac
 alias in præmissis opportune providere de be-
 nignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur
 ob hunc priuilegij clericalis abusum rem tan-
 tam in discrimen adduci nimis indignū repu-
 tantes, ac quarūcunque concessionū, prohibi-
 tionum, pragmaticarumque prædictarū, ac lit-
 terarum, & aliarum scripturarum desuper con-
 fectarū tenores præsentibus pro sufficiēter ex-
 pressis habentes, & ne quisquā prima tonsura
 initiatus, aut etiā in minoribus Ordinibus cōf-
 titutus priuilegio fori gaudeat, nisi beneficiū ec-
 clesiasticū obtineat, aut habitū, & tonsurā cleri-
 calē deferens alicui ecclesiæ ex ordinarij loci
 mādato inseruiat, vel in seminario clericorū,
 aut in aliqua schola, l. vniuersitate de sui Præla-
 ti licētia quasi in via ad maiores ordines ascē-
 dēdi versetur, clerici vero cū vnica, & virgine
 coniugati,

iugati, nisi habitu, & tonsura solitis utantur,
& alicuius ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab
ipsis locorum ordinarijs deputati eidem eccle-
siæ seruiant, vel ministrent, huiusmodi priuile-
gio gaudere nequeant in regnis, & dominijs
prædictis decernentes, huiusmodi supplicatio-
nibus inclinati, quod deinceps perpetuis futu-
ris temporibus omnes, & singuli clerici secula-
res etiam in minoribus ordinibus constituti
beneficia ecclesiastica non obtinentes, ut præ-
fertur, qui se mercimonijs, & negotiationibus
huiusmodi per se, vel aliū immiscuerint, resq;
prohibitas ad dictas partes detulerint, & inde
attulerint, aurum uè extra capsam, & sine recu-
peratione contra regias ordinationes adue-
xerint, aut alias in præmissis, vel eorū aliquo
culpabiles forent, si de tali crimine per Procu-
ratorem fiscalem accusentur, etiam si patrati
delicti, capturæque temporibus in habitu, & tō-
sura incedere reperti sint, coram iudicibus se-
cularibus de iustitia respondere teneantur, &
si clericalis priuilegij prætextu forum declina-
re voluerint, negotium huiusmodi ex nunc,
prout ex tunc, & è contra dilecto filio moder-
no, & pro tempore existenti dicti Sebastiani
Regis, eiusque in dictis regnis, & dominijs suc-
cessorum

cessorum Portugalliæ Regum Capellano maiori auctoritate Apostolica præsentium vigore commissum sit, & esse censeatur qui per se, vel Auditore suum omni appellatione remota tales noxios capere, carceribus mancipare, quæstioni subijcere, ac de delictis huiusmodi conuictos clericali priuilegio indignos declarare, ac ad iudices seculares coram quibus negotium fuerit inceptum per eos iuxta regiarum constitutionum earundem exigentiam legitime puniendos remittere, absque alicuius irregularitatis incurso libere, & licite valeat, quibus etiam illis plenam, & liberam dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem, ac in his ita procedendum esse, causasque appellationum ab ipsis conuictis in casibus in quibus eos appellare licebit pro tempore interpositarum non nisi Prælato, vel alteri personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, qui, vel quæ ex mensæ Conscientiæ Regiæ Præsidentibus, & deputatis existat committi, nullumque Sedis Apostolicæ etiam de latere legatum, vel Nuntium cognitionem sententiarum Capellani, vel eius Auditoris, negotij uel huiusmodi, etiam per nouæ actionis, aut appellationis, supplicationis, vel recursus, aut aliâ

viam assumere posse, & si per ipsos culpabiles
ad sedem eandē recurri contigerit, causam ab
ipso Capellano, vel eius Auditore, priusquā
in ea pronunciauerit, auocari, vel alijs quā Præ
sidentibus, & Deputatis mensæ Conscientiæ
prædictis, etiam per nos, & motu proprio com
mitti non debere, & si aliter cōmissa fuerint il
las nullius roboris, vel momenti fore, & tan
quam per præoccupationem emanatas nemi
ni suffragari posse eadem auctōritate, & teno
re statuimus, & ordinamus, sicque per quoscū
que iudices, & cōmissarios quauis auctōritate
fungentes, & sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardi
nales, & causarum Palatij Apostolici Audito
res sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter
iudicandi, & interpretandi auctōritate, & facul
tate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid
secum à quoquam quauis auctōritate sciēter,
vel ignoranter attentari contigerit irritum, &
inane decernimus, non obstantibus quibusuis
Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodali
bus concilij editis generalibus, vel specialibus
constitutionibus, & ordinationibus, ac etiā iu
ramento, confirmatione Apostolica, vel qua
uis firmitate alia roboratis statutis, & cōsuetu
dinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris
Aposto-

Apostolicis quibusvis ecclesijs, & ordinibus,
 eorūq. superioribus, & personis sub quibuscū
 que tenoribus, & formis, ac cū quibusvis etiā
 derogatorijs derogatorijs, alijsq. efficaciori-
 bus, & insolitis clausulis, irritatibusque, & alijs
 decretis in genere, vel specie, ac alias quomo-
 dolibet cōcessis, ac etiā iteratis vicibus appro-
 batis, & innouatis, quibus ōnibus, etiā si de il-
 lis eorūque totis tenoribus specialis, specifica,
 expræssa, & indiuidua, non autē per clausulas
 generales idem importantes mentio, seu quæ-
 vis alia expræssio habenda, aut aliqua alia ex-
 quisita forma ad hoc seruanda foret veriores
 illorum tenores, ac si de verbo ad verbum in-
 sererentur, præsentibus pro sufficienter expræf-
 sis habentes, illis alias in suo robore perman-
 suris hac vice duntaxat specialiter, & expræf-
 se derogamus, cæterisque contrarijs quibuscū
 que. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub
 ânulo Piscatoris die III. Octobris M.DLXIII.
 Pontificatus nostri anno quarto.

BREVE CLEMENTIS VIII.

*In quo prohibetur ne aliqua beneficia ecclesiastica
 conferantur personis ex Hebræorum ge-
 nere descendentibus.*

CLEMENS PAPA VIII.

AD futuram rei memoriam. Decet Romanum Pontificem æqui bonique supremum assertorem dubia super prædecessorum suorum statutis emergentia declarationis suæ ministerio quantocius remouere, pijsque catholicorum Regum votis, ex quibus regnorum suorum tranquillitati, nec non ecclesiarum in eis consistentium, præsertim cathedralium, honori, & decori consulitur, ac scandalorum, animarumq; periculis occurritur fauorabiliter annuere, & vt illa optatum sortiantur effectum ex potestate sibi diuinitus tradita opportune providere. Dudum siquidem fere Sixtus Papa V. prædecessor noster claræ memoriæ Philippi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis supplicationibus tunc sibi instanter porrectis adductus statuit, & ordinauit, ne aliqua collatio, seu prouisio de beneficijs ecclesiasticis dispositioni Apostolicæ reseruatis, vel affectis in regnis Portugalliæ, & Algarbiorum pro tempore vacantibus, præsertim in cathedralibus ecclesijs consistentibus, personis ex Hebræorum genere, seu stirpe descendantibus fieret. Cumque difficile admodum esset hic in vrbe eas personas ab alijs

alijs discerni, & distingui, ne contingeret ipsarum personarum arte, vel industria, aut petentium importunitate mentem, & voluntatē ipsius prædecessoris defraudari, idem prædecessor dilecto filio nobili viro Alberto Archiduci Austriæ tunc Tituli sanctæ Crucis in Hierusalem Præbitero Cardinali, & Apostolicæ Sedis in regnis prædictis de latere legato per suas in forma Brevis litteras iniunxit, quatenus singulos Ordinarios eorundem regnorum admonere curaret, vt si quæ litteræ Apostolicæ super prouisionibus beneficiorum prædictorum in fauorem personarum earundem ab ipso prædecessore forsan emanatæ adhuc executioni demandatæ non essent, vel in posterū emanarent in illarum executione supersederent, ac ab alijs executoribus opportunis remedijs supersederi facerent, donec dictus prædecessor ab ipsis Ordinarijs de qualitatibus impetrantiū huiusmodi certior effectus quid super his ab eo, vel eis agendum foret rescriberetur, prout in litteris prædictis sub datū Romæ die xv. Ianuarij M. DLXXXVIII. expeditis plenius continetur. Cum autem sicut charissimus in Christo filius noster Philippus modernus dictorum regnorum Portugalliæ, & Algarbiorū

Rex

Rex catholicus nobis exponi fecit ab aliquibus vertatur in dubium an statutum, & decretum, ac litteræ Sixti prædecessoris huiusmodi, stante eiusdē Sixti obitu, adhuc durent, & observari debeant. Nos omnem in præmissis dubitandi materiam præscindere volentes, habita desuper matura deliberatione, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus statutum, & decretum, ac litteras Sixti prædecessoris huiusmodi per eius obitum expirasse, nulliusq; roboris, vel momenti à die obitus præfati fuisse, & esse, ac viribus, & effectu carere, neque amplius attendi debere: & nihilominus supplicationibus eiusdem Philippi Regis, ac nonnullorum illius regni Prælatorum arbitrantium ad publicam dictorum regnorum quietem, & salutem non parum pertinere si personis ex Hebræorum prædictorum genere, seu stirpe descendantibus, quæ sicut in Orthodoxæ fidei susceptione recentiores, ita ut plurimum in illa retinenda fragiliores existunt, ad dignitates, & certa alia, præsertim animarum curam habentia beneficia ecclesiastica aditus præcludatur, donec in Christiana pietate fortius roorentur, & auctorum suorum memoria temporis progressu aboleatur, inclinati hac
nostra

nostra cōstitutione perpetuo duratura statui-
 mus, & ordinamus vt ex nunc canonicatus, &
 præbendæ, ac dignitates in cathedralibus, dig-
 nitatesque ipsæ principales in collegiatis ec-
 clesijs, nec non Parrochiales ecclesiæ, & earum
 perpetuæ vicariæ, cæteraquæ curam animarū
 habentia beneficia ecclesiastica dictorum reg-
 norum, quoties illa per cessum, etiā ex causa
 permutationis, vel decessum, vel priuationem,
 aut quamuis aliam dimissionē, vel amissionē
 ea pro tempore obtinentiū, seu ius in illis, vel
 ad illa habentium, aut alias quouis modo, etiā
 apud Sedē prædictam, ac etiā in aliquo ex mē-
 sibus, in quibus vacantiū beneficiorum eccle-
 siasticorum dispositio nobis, & eidem Sedi
 etiam per constitutiones Apostolicas, seu Can-
 cellariæ Apostolicæ regulas est, vel pro tempo-
 re fuerit reservata, vel affecta, seu etiā Ordina-
 rijs collatoribus per easdem cōstitutiones, seu
 regulas, vel litteras alternatiuarū, aut alia pri-
 uilegia, & indulta concessa hætenus, vel in pos-
 terum concedēda, seu etiā de iure cōi, vel alias
 quomodolibet cōpetentia, & cōpetitura vacare
 contigerit, etiam si actu nunc, vt præfertur,
 vel alias quibusuis modis, & ex quorūcunque
 personis vacent, ac ex eo quod canonicatus,
 præben-

præbendas, dignitates, Parrochiales ecclesias,
vicarias, & alia curata beneficia huiusmodi
obtinentes, seu in illis, vel ad illa ius habentes
nostri, aut quorumcunque aliorum Romano-
rum Pontificum prædecessorum, seu successo-
rum nostrorum, aut S. R. E. Cardinaliū etiam
viuentium, & in dicta curia præsentium fami-
liares continui commensales, seu dictæ Sedis
Notarij, Subdiaconi, Acolyti, Capellani, iuriū
Cameræ Apostolicæ debitorum Collectores,
vel vnici Subcollectores, aut eiusdē Sedis vel
Romanæ Curix officiales quocunque nomi-
ne nuncupati, seu ex quauis alia causa disposi-
tioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter re-
seruata, aut generali reservatione Apostolica
affecta, seu ad sedem eādem deuoluta, ac etiā
in dicta Curia, vel extra eam litigiosa, & de iu-
re patronatus laicorum etiam Regum, Ducū,
Principum, vel aliorum nobilium, & illustriū,
seu laicorum, & clericorum mixtim, etiam ex
fundatione, vel dotatione, aut indulto Aposto-
lico, seu alias quomodolibet qualificata exis-
tant, vel fuerint alicui, seu aliquibus personis
de genere, seu stirpe Hebræorum descendē-
tibus ex paterna, & materna linea, vel earum
altera vsque ad septimum gradum inclusiue à
tempore

tempore conuerſionis illorum computādum
 originem trahentibus conferri, talesque perso-
 næ ad illa eligi, præſentari, vel alias assummi,
 aut in eis institui nullatenus, nullouè modo
 possint, decernentes quascunque collationes,
 prouisiones, præſentationes, electiones, institu-
 tiones, cômendas, & quasuis alias dispositio-
 nes de canonicatibus, præbendis, dignitatibus,
 parrochialibus ecclesijs, vicarijs, & alijs cura-
 tis beneficijs prædictis in fauorem dictarum
 personarū tam Apostolica, quam Ordinaria,
 & quauis alia auctoritate, etiam per nos, & suc-
 cessores nostros Romanos Pontifices pro tem-
 pore existentes, seu dictæ Sedis etiam de late-
 re legatos, vel Nuncios, seu locorum Ordina-
 rios, aut quoscunque alios, ad quos illorū dum
 pro tempore vacant collatio, prouisio, præsen-
 tatio, electio, institutio, seu quæuis alia dispo-
 sitio de iure, vel consuetudine, seu ex priuile-
 gio, aut alias quomodolibet pertinet, & in fu-
 turum pertinebit, etiam cum quibusuis clausu-
 lis, & decretis faciendas ipso iure nullas, & in-
 ualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore,
 & esse, ac pro nullis, & infectis haberi, nullum-
 que per eas cuiquam ius acquiri, aut etiam co-
 loratum titulum possidendi tribui, nullamq;

aliam gratiam super huiusmodi canonicatibus, præbendis, dignitatibus, parrochialibus ecclesijs, vicarijs, & alijs curatis beneficijs huiusmodi, neque etiam constitutiones de annali, & triennali possessore, nec omnino aliud ius, vel beneficium eisdem personis suffragari, sed eas ad canonicatus, præbendas, dignitates, parrochiales ecclesias, vicarias, & curata beneficia huiusmodi omnino inhabiles, & incapaces fore, & esse, illaque ut prius vacare, & quæ ex illis tempore dispositionis Apostolicæ personis prædictis factæ eidem dispositioni reservata, seu affecta fuerint, sub eadem reservatione, seu affectione remanere, ac tam illa, quam etiã omnia alia non reservata, neque affecta de quibus à Sede prædicta, seu illius legatis, vel Nuntijs, aut alijs ius, & facultatem conferendi à dicta Sede, ut præfertur, habentibus in huiusmodi personas quodcumque dispositum fuerit, ad nouam Romani Pontificis pro tempore existentis dispositionem duntaxat pertinere, ab Ordinarijs vero, & alijs inferioribus collatoribus cessantibus reservationibus, seu affectionibus Apostolicis eisdem personis pro tempore collata, ac etiam quæ de iure patronatus huiusmodi fuerint, si contingat ad illa quencquam

quenquam contra præsentis nostræ constitutionis formam præsentari, vel institui, deuolutioni ad Sedem Apostolicam immediate eo ipso subiacere, ac ab ipsa Sede duntaxat impetrari posse, nec vllum ius ad resignantes, seu cedentes, etiam si in triennali, & quâcumque diutina possessione remanserint, & resignationes, seu cessiones huiusmodi, siue publicatæ, siue non publicatæ fuerint redire, vel penes eos remanere, impetrationes vero, ac etiâ motu proprio, & ex certa scientia concessiones, quæ de canonicatibus, præbendis, dignitatibus, parochialibus ecclesijs, vicarijs, & alijs curatis beneficijs huiusmodi post hac fient quibuscunque derogationibus fuerint suffultæ nunquâ sub clausulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendendi, sed specialiter, & expressè ob non seruata præsentis nostræ constitutionis formâ, cum declaratione nominum, & cognominum personarum prædictarum dispositione, & nõ conditionaliter, nec per æquipolens omnino fieri debere, præsentibus quoque litteris per quasunque alias litteras Apostolicas, etiam quasuis generales, vel speciales, etiam derogatorias derogatorias, aliasq; efficaciores, &

insolitas clausulas, ac irritantia, & alia decreta, sub quibuscunque verborum formis concepta in se continentes, nullatenus derogari, nec derogatum censeretur nisi in illis de impuritate generis, stirpis, & sanguinis personarum huiusmodi specialis mentio fiat, ipsaque derogatio in supplicatione, siue prima concessione gratiæ eis de canonicatibus, præbendis, dignitatibus, parrochialibus ecclesijs, & alijs curatis beneficijs huiusmodi faciendæ duntaxat facta fuerit, quæ in litteris quoque provisionis exprimat, nec in litteris Apostolicis, desuper conficiendis quicquam ultra id quod in supplicationibus, concessionibus, & gratijs huiusmodi specificè circa præmissa fuerit expressum, narrari posse, quas litteras Apostolicas, ita ut supra factas plenarium suum sortiri debere effectum, & nullatenus huic constitutioni, & ordinationi nostræ subiacere, aut aliquo modo impediri volumus, & decernimus, alioquin præsentis litteræ eo ipso reuocatae sint, & esse censeantur, sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices, Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & eiusdem S. R. E. Cardinales, etiâ de latere legatos, sublata eis,
& eo-

& eorum cuilibet quauis aliter iudicādi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus præmissis, ac etiam Apostolicis, & in Prouincialibus, & Synodalibus, & vniuersalibus concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non ecclesiarum in quibus beneficia ipsa fuerint, & regnorum huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cōsuetudinibus, priuilegijs quoque, gratijs, declaratorijs, & indultis hæctenus eisdem personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusuis derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus clausulis, ac irritantibus, & alijs etiā decretis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, & approbatis, quæ eorum tenores præsentibus pro expressis, & incertis habentes in prouisionibus de cætero faciendis contra præsentium tenorem nulli volumus suffragari, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt præsentium exemplis, etiam impressis, notarij publici

blici manu subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die xvij. Octobris, M. DC. Pontificatus nostri anno nono.

INDEX FACULTATVM QVÆ IN HOC LIBRO continentur.

Gregor. IX. Quod Archiepisc. vel Episc. non ordinent Curiales sine regio consensu. Fol. 2

Eugen. III. Quod in Capella regia hora canonica, Missæ, & alia officia iuxta morem Romanæ Ecclesiæ celebrentur. fol. 2 pag. 2

Leon. X. Super iurisdictione Capellani maioris in causis criminalibus clericorum curialium, & in minoribus, & beneficiorum patronatus Regj. f. 3

Leon. X. Super iurisdictione Capellani maioris in causis

causis ciuilibus, & beneficialibus Capellanorum,
& Cantorum, ac scolarium Capellæ, & super alijs
multis Capellani maioris facultatibus circa eos, &
in Capella exercendis. fol. 6

Leon. X. Super iurisdictione Capellani maioris in
absentes, & famulos Capellanorum, & aliorum: &
in Clericos Curiam sequentes: & in causis matrimo-
nialibus Curialium, si Episcopus fuerit. f. 10. pag. 2

Leon. X. Quod Capellanus maior possit inhibere
Prælati ne aliquem Regni locum, seu Ecclesiam
ecclesiastico subiiciant interdicto, nisi prius causa
insinuata, examinata, & approbata ab eodem Ca-
pellano maiori. fol. 12. pag. 2

Leon. X. Super iurisdictione Capellani maioris ad
tradendum clericos in minoribus furti, vel falsi cri-
minis reos iustitiæ seculari. fol. 14. pag. 2

Leon. X. Super facultate ordinandi Indos, Afros, seu
quoscumque alios ad fidem conuersos, &c. fol. 16


Leon. X. Super iurisdictione Capellani maioris ad
absoluendos Præsides, seu Gubernatores, & alios
ministros Prouinciarum à censuris contra eos per
Ordinarios latis. fol. 17. pag. 2


Leon. X. Super iurisdictione Capellani maioris in
Clericos qui in India deliquerint, & quod possit
in eos qui in minoribus, & sine beneficio fuerint
animaduertere citra pœnam corporalem fol. 19


Clem.

- O
- Clem. VII. Super iurisdictione Capellani maioris, & alijs multis, de quibus in Bullis Leon. X. f. 21. p. 2*
- Iulij III. Super iurisdictione Capellani maioris ad inhibendos Ordinarios, & examinanda eorum interdicta. fol. 26*
- Pij III. Super facultate Clericorum, qui è consilijs Regis sunt, vel in alijs publicis officijs funguntur ad consilia, seu suffragia ferenda in rebus, seu causis criminalibus sine irregularitatis incurfu. fol. 28*
- Pij III. Super iurisdictione Capellani maioris ad tradendum Clericos in criminibus gravissimis curiae seculari appellatione remota, &c. fol. 31. pag. 2*
- Pij III. Super iurisdictione Capellani maioris ad procedendum contra Clericos qui in partibus Indiae, Minae, & Guineae contra leges Regni negotiantur &c. fol. 34*
- Clemen. VIII. In quo prohibetur ne aliqua beneficia Ecclesiastica conferantur personis ex Hebraeorum genere descendantibus. fol. 38*









Sal
Gab
Est
Tab
N.º



ala	C
ab.	
st.	8
ab.	8
N.	